

Responsio Fratrum Prædicatorum  
ad præpositas quæstiones.

1<sup>a</sup> Quæstio.

Utrum ante bonum usum liberi arbitrij quem ex innata libertate homo habebiturus est, ut disponatur ad iustificationem, aut ad uitam æternam perueniat, ponenda sit in Deo prædestinatio, et præscientia.

Resp<sup>r</sup>. Ante bonum usum liberi arbitrij, quem ex innata libertate, efficaciter tunc a Dei gratuito auxilio ad hoc excitata, et mota, homo liberè habebiturus est, ut disponatur ad iustificationem, et ad uitam æternam perueniat, omninò ponenda est in Deo prædestinatio, et præscientia.

2<sup>a</sup> Quæstio.

Utrum si ponatur talis prædestinatio, et præscientia, nulla homini libertas arbitrij relinquatur in actionibus, quibus ad iustificationem disponitur, aut ad uitam æternam peruenit.

Resp<sup>r</sup>. Eis in Deo positis, perfectissime in homine relinquatur libertas arbitrij in actionibus, quibus ad iustificationem disponitur, aut ad uitam æternam peruenit, cum, etiam ex diuina prædestinatione, libertas arbitrij maxime perficiatur.

3<sup>a</sup> Quæstio.

Utrum diuina prædeterminatio, et prædestinatio sit causa efficiens mediantibus efficacibus diuinis gratiæ auxilijs de se, et ut sunt a Deo, actuum humanorum, qui ad iustificationem sunt necessarij.

Resp<sup>r</sup>. Diuina prædeterminatio, et prædestinatio est efficiens causa humanorum actuum, qui sunt ad iustificationem necessarij, mediantibus efficacibus diuinis gratiæ auxilijs, quæ de se, et ut sunt a Deo, salua præsentibus dictorum humanorum actuum libertate, efficacia sunt.

4<sup>a</sup> Quæstio.

Utrum aliqua auxilia gratia sint de se efficacia ad efficiendum quod liberum arb<sup>m</sup> consentiat, an uero ab ipso libero arb<sup>o</sup> pro sua sola, et innata libertate. Imo auxilia gratiæ efficacia, uel non efficacia reddantur.

Resp<sup>r</sup>. Diuina hæc auxilia ita de se, et ut sunt à Deo efficaciam habent ad efficiendum, quod liberum arb<sup>m</sup> integre ipsius emanente libertate, consentiat, ut nulla ratione ab ipso libero arb<sup>o</sup> pro sua innata libertate illam trahant, ex libertate tamen arbitrij est, quod aliqua diuina gratia auxilia, effectum non trahantur.

5<sup>a</sup> Quæstio.

Utrum diuina prædeterminatio sit diminuta in effectibus, seu medijs necessarijs ad iustificationem, et salutem.

Resp<sup>r</sup>. Diuina prædeterminatio causa perfectiss<sup>a</sup> est effectuum, siue mediorum, quæ necessaria sunt ad iustificationem, et salutem.

6<sup>a</sup> Quæstio.

Utrum prædeterminatio se efficaciter extendat tanq<sup>m</sup> ad effectum ad bonum illud utrum liberi arbitrij, quem homo prædeterminatus habet dum auxilijs præuenientis græ se applicat, libere illis bene utendo.

Resp<sup>r</sup>. Diuina prædeterminatio ad illum bonum usum, tanq<sup>m</sup> ad proprium suum effectum se extendit.

7<sup>a</sup> Quæstio.

An potius talis usus sit dumtaxat præcib<sup>us</sup> à Deo, non autem prædeterminatus, aut prædeterminatus.

Resp<sup>r</sup>. Nædum talis bonus usus est à Deo præcib<sup>us</sup>, sed etiam prædeterminatus, atq<sup>ue</sup> prædeterminatus.

8<sup>a</sup> Quæstio.

Utrum talis bonus usus præcib<sup>us</sup> sit ratio prædeterminationis.

S. cum talis bonus usus sit dux<sup>us</sup> præcib<sup>us</sup>, effectus ipsius ratio ei n<sup>on</sup> pot<sup>est</sup>. Resp<sup>r</sup>.